Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26550
Copyright: Admont, Benediktinerstift

23

lampadibus. Sed quia omnia in fugam contingunt · propheta
dd · et ysaias ad xpi incarnationem hec retulerunt · Per ma-
dian namque diabolus intelligitur · a quo populus dei ante
xpi aduentum crudeliter opprimitur · Gedeon qui populum
oppressum liberat est xpc · qui humanum genus a ser-
uitute redimerat · Uellus positum in area · est beata
uirgo · electa de synagoga · Ros in uellus descendit ·
et area sicca remansit · quia beata Maria de dei uir-
tute et dei sapientia inmadiuit · et synagoga in in-
fidelitate aruit · Campi quoque ariditas · est sancte
Marie uirginitas · uelleris humilitas · est matris
xpi fecunditas · Dominus ergo sic pluuia in uellus des-
cendit · quia matri fecunditatem attulit · uirginitatem
non abstulit · Exercitus ad flumen ducitur · quia populus salua-
dus xpi baptismate abluitur · Trecenti qui ma-
nibus potum hauserunt · sunt hi qui in fide sancte trini-
tatis baptisma perceperunt · et hanc fidem per decalo-
gum legis implebunt · ideo hostes · vel uicia et demo-
nes expugnabunt · Reliqui qui flexis genibus biberunt ·
hi sunt qui percepto baptismo ut bruta animalia
uiuunt · et hi qui contra hostes non ibunt · ob in-
ertiam initibunt · Trecenti sono tubarum castra hos-
tium perterrebant · quia apostoli et alii ecclesie doctores · clan-
gore altisone predicationis turbas demonum ex-
pulsarunt · Porro per lagenam xpi humanitas · per lam-
padem in ea latentem · intelligitur eius diuinitas · Lagena